Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



gens coram me ait dicit: Hæc dicit
dominus. Si ñsinari potuerit cœlum
de sursũ. et metiri fundamenta
terræ deorsũ. ego abiectam universum
semen israel. super omnia quæ fecerũt
dicit dominus. Ecce dies venient
dicit dominus. et ædificabitur ciuitas
domino a turre ananehel. usq; ad
portam anguli. Et exibit ultra ad
mensuræ in aspectu eius. super
collem gareb. et circuibit goatha. et
omnem vallem cadaverũ. et cineris.
et usq; ad torrentem cedron. usq; ad an
gulũ portæ equorũ orientalis. sanctum
dñi non euelletur. et non destruet
ultra in æternum. Capitulum. xxx.

Verbum quod factum est ad
ieremiam a dño. in anno
x. sedechiæ regis iuda. hæc
est annus octauus decimus nabuchodo
nosor. tunc exercitus regis babylonis ob
sidebat iherusalem. et ieremias propheta
erat clausus in atrio carcis. qui e
rat in domo regis iuda. Clauserat
eum sedechias rex iuda dicens.
Quare narratis dicens. Hæc dicit
dominus. Ecce ego dabo ciuitatem
istam in manu regis babylonis.
et capiet eam. et sedechias rex iuda
non effugiet de manu chaldeorum. sed
tradetur in manus regis babylo
nis. et loquetur os eius cum ore illius.
et oculi eius oculos illius videbunt.
et in babylonem ducet sedechiam.
et ibi erit donec visitem eum. ait
dominus. Si autem dimicaueritis ad
uersus chaldeos. nichil prosperum
habebitis. Et dixit ieremias. Sermo
est uerbum domini ad me dicens. Ec
ce ananehel filius sellum. patruelis
tuus. veniet ad te dicens. Eme
tibi agrum meum qui est in anathot. quia
eius est propinquitatem ut emas
eum. Et venit ad me ananehel fi
lius patruelis mei secũdũ uerbũ dñi
ad uestibulum carcris. et ait ad me.
Posside agrum meum qui est i anatot.
in terra beniamin. quia tibi pertinet
hereditas. et tu propinquus es ut pos
sideas. Intellexi autem quod uerbum dñi
esset. et emi agrum ab ananehel filio
patrui mei qui est in anathot. Et
appendi ei argentum. vii. siclos. et. x.
argenteos. et scripsi in libro et signaui.
et adhibui testes. et appendi argentum
in statera. Et accepi librum possessi
onis signatum. et adscriptiones. et
rata. et signa forinsecus. et dedi librum
possessionis baruch filio neri. filii ma
asiæ. in oculis ananehel patruelis
mei. et in oculis testium qui scripti erant
in libro possessionis. in oculis omni
uidorum qui sedebant in atrio carcis.
Et præcepi baruch coram eis dicens.
Hæc dicit dominus exercituum deus
israel. Sume libros istos. librum posses
sionis hunc signatum. et librum hunc
qui apertus est. et pones illos in uase
fictili. ut permaneant possint dies multi
tos. Hæc enim dicit dominus exercituum
deus israel. Adhuc possidebuntur domes
et agri et uineæ in terra ista. Et oram
ad dñum postquam tradidi librum posses
sionis baruch filio neri dicens. Heu.
heu. heu domine deus ecce tu fecisti cœ
lum et terram in fortitudine tua mag
na. et in brachio tuo extento. non erit
tibi difficile omne uerbum à facie
mea in mulis. et reddis iniquita
tem patrum in sinu filiorum eorum post
eos. Fortissime magne potens. do
minus exercituum nomen tibi. mag
nus consilio. et incomprehensibilis cogitatu.